207. PONTIFICAL DE LISIEUX. XIV^{e} SIÈCLE, 1re MOITIÉ

Toulouse ; bibliothèque municipale, ms. 119 (I, 259).

Feuillet de garde. Fragment d'un traité de droit ou de morale. — 1 v°. « Ad deponendum vestimentum. *Ant.* Trium puerorum. *Ps.* Benedicite, sacerdotes. » — 2. Ancienne cote : « 215. » — « *Quando induitur episcopus sandalis. Ps.* Quam dilecta, etc... — 4 v°. D'une autre écriture, mais à peu près de la même époque que le reste du manuscrit : table du pontifical.

Fol. 5 à 18. Ordinations. — 5. « Qualiter sacri ordines fiant. *In primis induat se episcopus pontificalibus vestimentis ad missam celebrandam cum diacono et subdyacono, et sic veniens in choro, primo sermonem faciat, ordinandos instruens quam sancte et munde preparare se debent ad suscipiendos ordines, et in susceptis ordinibus postmodum ministrare. Finito autem sermone, et data indulgentia, faciat ordinandis prohibitiones sequentes, exponens eas iuxta quamlibet* (sic) *pericula et penas iuris, quas incurrunt contrarium facientes* : Prohibemus in primis ne quis ad sacros ordines accedat in peccato mortali. Item ne quis accedat ad sacros ordines maiori excommunicatione ligatus, interdictus vel suspensus... — 5 v°. — ...sed quilibet ipsum audiat in ordine suo, stans devote. *Tunc surgens episcopus et accedat ad altare ; vocentur coram eo singulariter ordinandi qui vero sacerdotium promovendi. Veniens quilibet coram episcopo, flexis genibus, ostendat manus, et moveat digitos ad videndum quod sint apti ad implendum misterium...* »

Fol. 5 v°. « *...dicat archidyaconus* : Accedant qui ordinandi sunt hostiarii. — *Tunc episcopus eis ad se vocatis tradat claves ecclesie, submissa voce dicens* : Sic agite quasi reddituri rationem Deo... — *Tunc ducat eos archidyaconus tradens eis hostium ecclesie. — Prefatio hostiariorum...* » (Aucune admonition pour les différents ordres mineurs.) — 8. *Qua [oratione] expleta, dicat archidiaconus* : Accedant qui ordinandi sunt subdyaconi. — *Accedentes igitur* — 8 v° — *qui ordinandi sunt subdyaconi. Cum ordinantur, quia manus impositionem non accipiunt, patenam de manu episcopi accipiant vacuam et calicem vacuum. De manu vero archidyaconi, accipiant urceolum cum aquamanili et manutergium, dicente sibi episcopo* : Videte cuius ministerium vobis traditur. Ideo si usque nunc fuistis tardi

ad ecclesiam... Si usque nunc incesti, amodo casti. Ideo vos admoneo... ut Deo placere possitis... — 9. *Tunc tradat episcopus singulis manipulum dicens* : Accipe manipulum ; imple ministerium tuum : potens est enim Deus ut augeat tibi gratiam. Qui vivit... — *Ad induendam tunicam* : Induat te Dominus vestimento salutis, et indumento iusticie circumdet te semper. — *Sequitur epistola cum tractu.* » Aucune mention des litanies, ni de l'amict (celle-ci a été ajoutée au bas du feuillet et elle est d'une autre main), ni de l'épistolier.

Fol. 9. « Accedant qui ordinandi sunt dyaconi et sacerdotes... — *Tunc veniant cum testibus suis et titulis, et stantibus cunctis coram episcopo. Tunc prostrato episcopo ante altare, cum sacerdotibus et levitis ordinandis, incipiant letaniam...* — 9 v° —*Finita letania, redeant sacerdotes electi ad loca sua, levitis remanentibus ad consecrandum. Quibus se inclinantibus, solus episcopus qui eos benedicit, manus super capita singulorum ponat dicens* : Accipe Spiritum sanctum. — *Sequitur prefatio consecrationis...* — 12 v°. *Tunc ponat singulis super sinistrum humerum stolas dicendo* : In nomine sancte Trinitatis accipe stolam immortalitatis quam immaculatam perferas ante tribunal Christi, et agnoscas officium tuum, atque impleas illud. — 13 — Potens est enim Deus ut augeat tibi gratiam. Qui vivit. — *Post hec tradat eis librum evangeliorum dicens* : Accipe potestatem legendi evangelium... *Sequitur communis benedictio* : Domine sancte, spei, fidei, gratie... — *Tunc ille qui lecturus est evangelium benedictionem petat ; cui episcopus tradat dalmaticam dicens* : Induat te Dominus vestimento salutis, et sit in corde et in ore tuo ad pronunciandum evangelium. » (Aucune interruption dans la préface de consécration, fol. 10 à 12 ; cette préface de consécration est notée).

Fol. 13 v°. « *...dicat archidyaconus* : Accedant qui ordinandi sunt sacerdotes. *Tunc accedant sacerdotes ad consecrandum. Qui, cum ordinantur, benedicente eos episcopo, et manum super capita eorum tenente, dicat archidyaconus* : Sacerdotes ordinati levant (*sic*) manus suas. — *Sequitur prefatio consecrationis eorum* : Oremus, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem ut super hos famulos suos... » La préface de consécration, 13 v° à 16, est notée). — 16 « *Hic reflectat episcopus stolam super humerum eorum dextrum dicens, eis per singulos* : Stola immortalitatis circundet Dominus cervicem tuam, et ab omni peccato purificet mentem tuam. Accipe iugum Domini Dei dicentis : Iugum meum suave est et onus meum leve. — *Hic induat unumquemque casulam dicens* : In nomine sancte Trinitatis — 16 v° — accipe vestem sacerdotalem per quam caritas intelligitur. Potens est enim Deus ut augeat tibi caritatem et opus perfectum. Qui vivit. — *Communis consecratio* : Deus sanctificationum omnium actor (*sic*), cuius vera consecratio... — 17. *Sequitur consecratio manuum presbiterorum...* Veni, creator Spiritus... — Consecrentur manus iste, quesumus, Domine, et sanctificentur, per istam unctionem et nostram benedictionem... *Hoc facto, accipiat patenam cum oblatis et calicem cum vino, dicens dum dat illis* : Accipite potestatem offerre sacrificium Deo mis-

samque celebrare... — 17 v°... *Et ponat episcopus manus suas super capita singulorum dicens* : Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt. — *Tunc trahat unicuique casulam deorsum per scapulas, osculans eum et dicens* : Pax Domini sit semper tecum. — 18 — *Hiis expletis, dicat eis episcopus* : Quia res quam tractaturi estis satis periculosa est... » (Aucune mention de la promesse d'obéissance).

Fol. 18 v°. « In consecratione altaris que fit sine consecratione ecclesie... — 31. Ad dedicationem ecclesie... — 69. Sequitur consecratio novi cymiterii. *In consecratione novi cimiterii, primo figantur quinque cruces in terra, videlicet in quatuor angulis eiusdem cimiterii, et in medio, et super quemlibet unus cereus accendatur* ... — 74. Sequitur reconsiliatio ecclesie violate vel cymiterii. »

Fol. 79 v°. « In ordinatione vel benedictione abbatis vel abbatisse... — 80 v° — *Interrogatio* : Vis sancte *N.* ecclesie (au-dessus de ce mot et d'une autre main sinon de la même époque : Lex[oviensi]) michique et successoribus meis subiectionem et obedientiam exhibere ? — *Resp.* Volo... — 85. *Tunc benedicat baculum dicens submissa voce* : Deus qui famulo tuo regende ecclesie curam et virgam discipline commendasti... — 85 v°. *Tunc det ei baculum dicens submissa voce* : Accipe baculum quem preferas caterve tibi commisse, pastoralis officii signum... — *Tunc det ei regulam dicens* : Accipe regulam sancti *N.* exemplar divine voluntatis... — 87. *Finita autem missa, si abbas in suo monasterio benedicitur, alias non. Accipiat eum pontifex per dexteram, et alius episcopus vel abbas per sinistram, eumque in sede abbatis statuant in choro, dicente sibi pontifice* : Sta, et tene locum a Deo tibi delegatum ; potens est enim Deus ut augeat tibi gratiam. — *Statimque cantor incipiat* : Te Deum laudamus. — *Quo finito, dent ei omnes fratres pacis osculum genua flectentes ante patrem a Deo sibi constitutum.* » (Aucune mention de la bénédiction ni de la remise de l'anneau.) — « Benedictio abbatisse. »

Fol. 90. « Sequitur consecratio virginum... — 90 v°. — *Antequam autem incipiatur missa, intrent virgines ecclesiam bine et bine, indute vestibus religionis sine mantellis aut cucullis, et sine velis, aut aliquo operimento capillorum, cereos extinctos tenentes in manibus, et cantantes omnes simul* : Amo Christum, in cuius thalamum introivi, cuius mater virgo est... — 91. *Et sic intrent predictum tentorium, statimque incipiatur missa, usque ad* alleluia *suo ordine peragatur. Et tunc, episcipo sedente ante altare, archidyaconus vocet eas cantans alta voce hanc* [*ant.*] Prudentes virgines, aptate lampades vestras... — *Quo audito, statim virgines exeant, accensis cereis, bine et bine, stentque extra chorum, vocationem episcopi expectantes, ita tamen quod ipsum videre possint.* — *Episcopus autem vocat eas dicens cantando* : Venite. *Statimque venient virgines usque ad introitum chori genua flectentes.* — *Episcopus autem vocat eas secundo dicens* : Venite. *Virgines vero surgentes respondent* : Et nunc sequimur. — *Episcopus autem vocat eas tercio dicens* : Venite. Venite — 91 v° — Venite. — *Et sic veniant usque ad medium chori, genua flectentes...* »

— 92. « ...*Et incipitur letania...* — *Qua finita, surgant omnes. Episcopus vero oblatas sibi virginum vestes benedicit, dicens* : Deus eternorum bonorum fidelissime promissor, certissime persolutor... — 93. *Benedictio velaminum* : Caput omnium fidelium Deus, et tocius corporis salvator... — 93 v°. *Sequitur benedictio anuli* : Creator et conservator humani generis, dator gratie spiritalis... — *Benedictio ad torques sive coronas* : Benedic, Domine, ornamenta ista ut sint remedium salutare generi humano... — *Deinde tradantur virgines* (sic) *vestes benedicte, quas secum deferant ad tentorium et eas induant...* — 94. *Statimque indute, redeant eo ordine quo prius omnes insimul cantantes ant.* Regnum mundi et omnem ornatum seculi contempsi... — *Tunc benedicat eas episcopus...* — *Sequitur prefatio...* (94 à 99) — 99 v° — *...flexisque genibus, coram episcopo cantent simul ant.* Ancilla Christi sum ; ideo me ostendo servilem personam. — *Tunc episcopus imponat velum...* — 100 *Accipit enim anulum...* — 100 v°. — *Ipse autem torquem seu coronam imponit capiti cuiuslibet virginis* : Accipe signum Christi in capite tuo... — 102. *Tunc episcopus super illas flexis genibus humiliter inclinatas orationem beati Mathei apostoli dicit* : Deus plasmator corporum, afflator animarum... — 104. *Deinde episcopus bannum, id est anathema ponat...* — *Et si adest qui de eis rationem reddere debeat, sicut abbas vel abbatissa... mittat eas episcopus in manum illius, commendans eas sibi et dicens* : Vide quomodo istas Deo sacratas representes immaculatas ante tribunal D. n. I. C. » — 104 v°. Bénédiction pontificale.

Fol. 105. « Incipit consecratio episcopi novi... — 105 v° — *Omnibus autem sedentibus, duo ex comprovincialibus episcopis... surgentes cum electo ipsum offerant metropolitano hiis verbis* : Reverende pater, postulat sancta mater Ecclesia ut hunc presentem presbiterum ad onus episcopatus sublevetis... ? — 107 — ...*Item interrogatio* : Vis beato Petro et sancte romane Ecclesie Christique vicario subditus esse... ? — *Resp.* Volo... — 110. *Letania...* — 110 v°. *Statimque incipiatur flexis genibus hymnus* : Veni, creator Spiritus. — *Quo finito, duobus episcopis assistentibus tenentibus librum evangeliorum apertum supra scapulas electi ...omnes episcopi presentes extendant manus super caput electi...* » — 111. Praefatio. — 113. Unctio capitis... — 116. « *Statimque benedicat mittram* (sic) *dicens* : Domine, Deus, Pater omnipotens, cuius preclara bonitas est... *Et mox aspergat eam aqua benedicta, et imponat capiti consecrati dicens* : Imponimus, Domine, capiti huius antistitis... » — Les fol. 117 à 120 ont été intervertis par le relieur ; il faut les replacer dans l'ordre suivant : 116, 118, 117, 120, 119, 121. — 116 v°. *Tunc dicat alta voce* : Oremus. Pater sancte, omnipotens Deus, qui per Dominum nostrum Ihesum Christum ab initio cuncta creasti, et, postmodum in fine temporum... — 118 — ...ita apud te postea assistatur in regnum. Per. »

Fol. 118. « *Sequitur benedictio de septiformi Spiritu* : Spiritus sanctus septiformis veniat super te, et virtus Altissimi... et vivas in s. s. Amen. — *Tunc archiepiscopus ungat manus eius de oleo sancto cum crismate per medium earum in modum*

crucis, dicens submissa voce : Ungantur — 118 v° — manus iste, sanctificentur, et in te Deo Deorum ordinentur; ungo has manus oleo sanctificato... exaudi nos, Domine, Pater omnipotens, eterne Deus, Qui... — *Similiter omnes presentes episcopi perungant manus eius dicentes quolibet sigillatim* : Ungantur, *ut supra*... — 117. *Tunc archiepiscopus solus confirmet cum crismate pollicem dextre manus, dicens submissa voce* : Deus et Pater D. n. I. C. qui te ad pontificalem sublimasti (*sic*) voluit dignitatem... — *Statimque benedicat cyrothecas dicens* : Omnipotens creator, qui homini ad ymaginem tuam conditor [= condito]... — 117 v° — ...*Et aspergantur cyrothece aqua benedicta*; *deinde imponuntur manibus consecrati per archiepiscopum dicentem* : Circumda, Domine, manus huius ministri tui mundicia novi hominis... — *Mox, lotis manibus, archiepiscopus benedicat anulum submissa voce* : Deus tocius creature principium et finis, in quo clausa sunt omnia... — 120 — *Deinde ponat anulum in digito consecrati dicat* [= *dicens*] : Accipe anulum discretionis et pontificalis honoris, ut fidei integritate... »

Fol. 120 v°. « *Tunc benedicat baculum dicens submissa voce*: Deus sine quo nichil potest benedici vel consecrari, hunc baculum... — *Item alia oratio* : Omnipotens et misericors Deus, qui ineffabili bonitate votis supplicantium assistis... — *Tunc tradat illum consecrato dicens* : Accipe baculum sacri regiminis et pastoralis officii signum... — 119. *Deinde archiepiscopus dicat excelsa voce orationem* : Populus te honoret et adiuvet te Dominus... — 119 v° — ...*Deinde benedicat cathedram episcopalem, submissa voce dicens* : Omnipotens sempiterne Deus, qui, distinctis ordinibus, omnem miliciam celestem dignatus es... — 121 — ...*Interim autem* (après l'offrande) *portetur cathedra benedicta ad sedem novi episcopi, in ordine aliorum, ipsumque mittant duo episcopi in cathedram episcopalem, quorum unus dicat has orationes submissa voce*: Omnipotens Pater sancte, Deus eterne, qui omnem ordinem dignatus es in celestibus sedibus ordinare... 122. — *Finita autem missa, det archiepiscopus novo episcopo librum evangeliorum dicens* : Accipe evangelium et vade, predica populo tibi commisso... — 122 v°. Osculum pacis. — Te Deum laudamus. — « *Quo finito, novus episcopus fundat super populum novam benedictionem dicens* : Sit nomen Domini benedictum — 122 v°. *Edictum quod metropolitanus tradit scriptum consecrato* : Dilecto nobis fratri episcopo N... — 126. In dedicatione ecclesie. *Ad missam introitus*... »

Fol. 131 à 154. Bénédictions pontificales au nombre de quatre-vingt-quatorze. —131 « Dom. prima in Adventu Domini. *Benedictio*. — 132 v°. In die [Nativitatis Domini] ad maiorem missam. *Benedictio*. — 135 v°. In capite ieiunii. *Benedictio*. — 138. In die Pasche. — 141 v°. In die Penthecostes. — In die Trinitatis. 142. Benedictio in die Iovis post octabas Penthecostes quando fit de sancta Eucharistia, id est, de corpore et sanguine D. n. I. C. — Dom. I post Trinitatem. — 148. Dom. XXIII. — 148 v°. In nat. s. Stephani. *Benedictio*. — 151. De b. Maria Magdalena. — S. Marie Egyptiace. — 151 v°. De s. Benedicto. — 152 v°. De s.

Andrea. » — Aucun saint local. — 152 v° à 154. Commun des saints. — 154. « Benedictio super populum in missa de sponso et sponsa. »

Fol. 155 à 166. D'une autre main, mais de la même époque. — 155. « Ad consecrandum crisma, oleum sanctum et infirmorum. *Primo se preparet episcopus ad missam...* Credo *et offertorium, et ordinetur processio secundum usum Lex[oviensis] ecclesie in capitulo seu revestuario* (sic), *que de dicto loco exeat post lecturam evangelii ordinate, et stet in navi ecclesie quousque incipiatur* Sanctus ; *et, incepto* Sanctus, *processio intret chorum...* — 163. *Talis modus tenendi synodum in ecclesia Lex[oviensi] ab antiquo extitit observatus. Primo, magna missa solenniter celebrata, episcopus accipiat rochetum, et super rochetum superpellicium cum stola, et desuper capam sericam ; et sic indutus cum mittra et baculo pastorali, assistentibus abbatibus et priore Sancte Barbare dyocesis Lex[oviensis], albis et capis sericis revestitis, accedat episcopus ante maius altare...* » 164 v°. Litanies. — 165 :... omnes sancti martyres ; s. Martine ; s. Ursine ; s. Gregori ; s. Nicholae ; s. Eligi ; s. Remigi ; s. Augustine ; omnes sancti confessores ; s. Maria Magdalene... »

Fol. 167 à 184. D'une autre écriture (xv^e^ s.). — 167. « De patene et calicis consecratione. — 168. De benedictione indumentorum sacerdotalium in genere... 170. De benedictione mapparum sacri altaris. — De benedictione corporalium. — 170 v°. De benedictione nove crucis. — 174 v°. De benedictione ymaginis beate Marie virginis. — 175 v°. De benedictione ymaginum sanctorum. — 176. De benedictione incensi seu thuris. — De benedictione thuribuli. — 176 v°. De benedictione sacrorum vasorum et aliorum ornamentorum in genere. — 177. De benedictione vasculi pro eucharistia conceda (*sic*) fabricati. — De benedictione capsarum pro reliquis et aliis sanctuariis concedis (*sic*) et conservandis. — 178 v°. De benedictione ciborii seu umbraculi altaris. — 179 v°. De benedictione tabule ante vel post altare collocande. — De benedictione baptisterii... — 180. De benedictione signi seu campane. — 183. Benedictio muneris quod in ecclesia offertur. — 184. Ad barbam tondendam. » — Feuillet de garde : fragment de compte.

Ce manuscrit est un pontifical de Lisieux : les litanies où est invoqué saint Ursin dont la cathédrale possédait les reliques (fol. 165), l'interrogatoire de l'abbé (fol. 80 v°), les rubriques des fol. 155 et 163 où le nom du diocèse se lit en abrégé permettent de l'affirmer avec certitude. L'écriture et la décoration (initiales ornées de trois points disposés en triangle) accusent la première moitié du XIV^e^ siècle.

Parchemin. — 184 ff. à longues lignes (les fol. 116 à 121 ont été intervertis). — 224 sur 166 mill. — Aucune miniature. — Quelques initiales feuillées sur fond d'or; elles se prolongent dans les marges en larges filets de couleurs et s'achèvent en rameaux de feuillage. — Plusieurs pièces de chant notées sur quatre lignes rouges. — Nombreuses initiales filigranées or et azur alternativement.

Reliure ancienne veau fauve estampé sur ais de bois; traces de fermoirs (Origine inconnue; ancien 215).